



Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Centuria quaestionum illustrium ex iure et liba tam in  
quas p[ro]fuit Petro Leopoldo. J. V. D. examinandas proposuit  
Andr. Petrus Wolffrum. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Quis aliquot emendata, quas p[ro]fuit Heinrico Bocero J. C.  
pro Doctoratib[us] in v[er]oq[ue] Juris iuris r[ati]o[n]is p[ro]sequendis publicis dis-  
putationibus subiectis Georgio Wolfgang Hilbornmanni, Neum.  
Gungo-Palating Tubingae.
3. Propositiones Juris p[ro]fuit quas publicis disputationibus proposuit,  
Christophory Treibisig J. V. D. Resp. Conrado Casp. Borvio,  
Witteberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam p[ro]fuit Christophoro  
Berdolo. J. C. disputationibus proposuit Burkhardo v[er]oq[ue] F[ri]niger.  
Tubingae.
5. Diss. et Juris Naturae p[ro]fuit Johanne Gyphandro J. V. D.  
et fersa a Georgio von Brag, Astenburg. Tuberau. Fr. Jenae.
6. Diss. et necessaria defensione p[ro]fuit Heinrico Bocero, J. C. p[ro]m-  
posita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones et Jurisdictione, quas eodem p[ro]fuit Dobornalium  
v[er]oq[ue] iure insignium p[ro]sequendum ca[us]a publicis censuras  
subiectis Johannes Georgio Halbitter. ibid.
8. Assertionem legales et transactione, quas p[ro]fuit Petro Theo-  
dorio. J. V. D. pro gradu Doctorat[us] in v[er]oq[ue] iure p[ro]sequendo  
disputationibus proposuit M. Georgio dist. Lips. Jenae.
9. Diss. et transactionibus, p[ro]fuit Johanne Harprecht. J. C.  
pro summo in v[er]oq[ue] iure gradu p[ro]sequendo publicis examini  
submissa a Georgio Langen. Homb. Tubingae.



10. disp. et Jure Minorum, psit Guilielmo Schmuen. J. V. D. d. 1711  
 a Johanne Frey Min. Div. Misn. Lipsie.
11. Positionum ex ma<sup>a</sup> v<sup>o</sup>g<sup>o</sup> f<sup>o</sup>nc<sup>o</sup> de act<sup>o</sup> d<sup>o</sup>no, quas psit Henrico Boce,  
 v. J. C. ventilandas proposuit Christophory de Beller. Lips. Tubinga
12. Disp. et L. Agl. / quam psit Johanne Jacobe Plebst J. C. h<sup>o</sup>menat  
 Daniel et Laurentius a Wensin. Fratres. Holsati. Tubinga
13. Deas quassiamm ex ma<sup>a</sup> v<sup>o</sup>g<sup>o</sup> tractumq<sup>o</sup> re p<sup>o</sup>ficiunt, quam psit  
 valentino Guilielmo Forstero J. V. D. discutendam proposuit Geor,  
 gij Plaque. Jun. Lips. Wittebergae;
14. Cuestiones ex p<sup>o</sup>psce ex ma<sup>a</sup> v<sup>o</sup>g<sup>o</sup> tractum realium, quas psit Johanne  
 Harpreklo. J. C. defendit Christophory Harprekly. Tubinga
15. Disp. et Mutuo, quam eotup<sup>o</sup> psit publice defendit Andreas Mik  
 lev. Augusti. ibid
16. Disp. et re by erechtis, quam psit valentino Melasio J. V. D. pub<sup>o</sup>  
 a ventilandum proposuit Jacoby Augij. Gynphwald  
 Pomer. Basilea.
17. De iramentolitis deisorio de act<sup>o</sup> d<sup>o</sup>no, quas psit Andrea  
 Baiero J. V. D. defendit Michael Piston. Marco. Cellas. Tubinga
18. Assertionones et commodato et precario, quas psit Sibevo  
 Spee, et Gabriele et Bruyn, Sr. LL. licentiat<sup>o</sup> ventilandas  
 proposuit Godefridy Siverelma Stromb. Westph. Colon. Agrip.
19. Positiones et estimatoe re, abico, quas director Davit. Magin  
 J. C. ventilandas proposuit Jacoby Geruig. Gattasens. Tubinga
20. disp. de emione et venditione, quam psit Christophory  
 Soldo J. C. discutendam proposuit M. Wolfgang Jacoby  
 Taubler. Campidoneis. Tubinga.



21. Diss. de Jure Mercatorum, quam scripsit Christophoro Preibizio,  
 J. V. D. publico defensoris Andreas Wernicke. Colon-March. Lipsiae.
22. Diss. Transjurialis, tum in geō et tractibus nominatis, et de p-  
 scriptis p-bris et in factum actionibus, tum in spei et tractibus d-  
 les, facio et facias, ut et specificis et terminatis p-scriptis p-bris  
 et in factum actionibus, quam pro privilegij Doctoratus in utroq; Jure  
 sequendis publico exhibuit Valentini Melasij. Branden-  
 burg. Marchii. Basileae.
23. Discursus ad Naturalem. p. et si quidem pecuniam dem. a  
 ff. et p-scriptis p-bris, quem pro Cocin cathedra publica sequendo  
 omnium serubio exposuit Valentini Melasij. J. V. D. Jeno.
24. Diss. de Lignis et Hypothecis, quam scripsit Christophoro Be-  
 soldo. J. C. pro summo in utroq; iure gradu sequendo publico dis-  
 positioni exhibuit M. Andreas Burkhardus. Tubingae.
25. Exercitio de Jure Matrimonium, quam patrocinante Johan-  
 netto aprechtlo. J. C. defendit Johannes Adamus Pappig. Geis-  
 lingenensis. Tubingae.
26. Diss. de Jure accrescendi, quam scripsit Philippo Hoffmanno,  
 J. C. pro Doctoralibus privilegij in utroq; iure sequendis, publico ex-  
 aminari submisit Johannes Zabelig. Brandenburg. Heide-  
 bergae.
27. Positiones de Successione legitima, civili et feudali,  
 quas scripsit Dominico Arminio J. V. D. examinatoris propositus An-  
 tonij Güntheris Mentis. Oldenburg. Gene.
28. Diss. de Successione intestati civili, quam scripsit Chris-  
 phoro Besoldo J. C. publico dispositioni submisit Johann-  
 von Düring. Tubingae.



29. Theses de Donationibus, tum in re, quam in specie, quas scripsit  
Wilhelmo Schmuccio, S. V. D. ventilandas proposuit Andreas Lindt  
J. M. A. Arch. March. Lipsiae.

30. Synopsis Donationum, tum in re, tum in specie, quas scripsit Johan-  
ne Michaeli Benthero, S. V. D. ad ventilandum exhibita ab  
Andrea Franckemburgio. Wittenberg. Argentorati.

31. Positiones et Donationes, scripsit Christophoro Besoldo, J. C., et  
Lessa a Christophoro Forstner, Austria, Tübingae.

32. Diss. de Usurariis et de ipsi temporis prescriptionibus, scripsit And-  
rea Bayero, J. C., pro summo in vtroque Jure gradu exsequendo  
publice censurae submissa à Mattheo Clausio, V. M. Siles.  
Tübingae.

33. Diss. de Officio Judicis, quam scripsit Henrico Bueero, J. C., pro sum-  
mis in vtroque Jure honoribus exsequendis publice censurae submissa  
Henrico Baumeister, Rosoch. Tübingae.

34. De regulis Juris, sive primae actione generentium crediti,  
tunc in bonis deochorum, disputatio, scripsit Valentino Melasio.

J. V. C. discussioni tradita à Christophoro Frisio. Olon. March.  
Lipsiae.

35. Conclusiones de Privilegiis creditorum, quas scripsit Johan-  
ne Harprecht, J. C., pro insignibus Doctoratibus in vtroque Jure ex-  
sequendis a se ipsis Johannes Schweigler Tübingae.

36. Diss. ad l. 1. ff. de v. o., quam scripsit Henrico Bueero, J. C., pro summis  
in vtroque Jure privilegiis exsequendis tunc Michael Schwei-  
gero. Viennensis Tübingae.



37. Theses de Fideiussoribus, quas praesit Christophoro Besoldo. &c. di-  
sputandas proposuit Stephanus Marchdener. Austr. Tubingae.

38. Diss. et Solutione obligationis quae contrahitur quam eod. praesit et  
fendit Christophorus Henrichus Augustanus. Tubingae.

39. Diss. et Juris, quam praesit Andrea Gayero. &c. Amst. H.  
Johan Conradus Varenbiller. Stud. Caroling. Tubingae.

40. Diss. Juridico-Politica de Crimine Lesae Majestatis,  
quam praesit Christophoro Besoldo. &c. pro summis in vobis  
privilegiis sequendis publicae dissertationi submisit Stephanus  
Marchdener. Laureaensis Augustin. ibid.

41. Appellatio in re thesibus inclusa praesit Henrico Boco. &c.  
pro sequendis summis in vobis iure publicae censurae  
submissa ab Henrico Volckmaro. Lips. Tubingae.

42. Diss. ad lib. 2. Feud. quam praesit Johann Hartrecht.  
&c. pro summis in vobis iure privilegii sequendis suis Mar-  
ting. Lymelin. Tubingae.

43. Diss. et Collectis. Praesit Henrico Boco. &c. pro obtinen-  
dis summis vobis innum. honoribus tributa Johanne Isaaco  
Andler. Tubingae.

44. Diss. Juridico-Politica de Arcanis Reipublicae, et Trin-  
cipum et ipsos dignitatis pro guberna. praesit Christ. Besoldo.  
&c. defensa a Danielo Ranjuro. &c. hofas. Tubingae.

45. Diss. Juridico-Politica et Nobilitate, eod. praesit  
et defensa a Carolo Christophoro a Schallenberg. &c. ibid.





Positiones Juridicæ 27

D E

SUCCESSIONE  
LEGITIMA CIVILI  
ET FEUDALI,

QVAS

DIVINO ASPIRANTE NUMINE  
Consentiente Magnifico, Amplissimo  
& Consultissimo Jctorum ordine,

P R Æ S I D E

*Viro Amplissimo & Consultissimo*

Dn. DOMINICO ARUMÆO J. U. D.  
& P. P. Scabinatusq; & Dicasterii Provincialis  
Assessore dignissimo, Præceptore suo obnixè  
honorando.

*In Auditorio Jctorum*

Die 5. Aprilis publicè examinandas proponit

ANTONIUS GÜNTHERUS NEUHAUS,  
OLDENBURGENSIS.

J E N Æ

Typis JOHANNIS BEITHMANNI,

---

M. DC. XVII.





ILLVSTRIET GENEROSISSIMO  
COMITI AC DOMINO,

DN. ANTONIO  
GUNTHERO, COMITI IN  
Oldenburg & Delmenhorst, Do-  
mino in Jhevern & Kniphausen /  
Domino suo Clementissimo.

*Disputationem hanc*


Debitâ submissione

*offert & inscribit*

Subjectis. & humillimus subditus

Anthonium Güntherus  
Neuhaus.





## T H E S I S I.

**S**uccessio ( quæ est universi juris, quod defunctus habuit, adquisitio ) defertur, vel ex testamento, quæ testamentaria, vel ab intestato, quæ legitima dicitur. Tertiam, quam alii addunt, contra scilicet tabulas, singularem constituere speciem inficias imus.

2. Testamentariâ, cui primas aliàs cum legibus lubens deferimus, sepositâ, legitima quomodo deferatur successio hâc in disputatione pro ingenii viribus inquirere libet.

3. Priusquam verò pedem ulterius moveamus, haut inconvenienter, proœmii quasi loco, quæstiones aliquot præmittimus: 1. An impubes, furiosus, & prodigus rectè dicantur intestati decessisse? Affirmantibus subscribimus.

4. 2. Paterfamiliâs in vivis esse desit, nec apparet testamentum conditum, num testatus, an intestatus in dubio decessisse præsumetur? Posterius Affirm.

5. 3. Cum successio ab intestato à Doctoribus dicatur legalis alienatio, quæritur: Si statuto prohibita sit alienatio in alterius jurisdictioni subiectum civem, An propter hanc alienationem excludatur frater defuncti alienæ jurisdictioni subiectus successione ab intestato? Neg.

6. Ordinem successionis ab intestato, Justinianum in Nov. 118. secuti, triplicem ( quintuplicem tamen esse non negamus ) facimus, ascendentium, descendentium & collateralium.

7. Liberos naturæ simul & parentum commune votum: Parentes verò ratio miserationis ad bona liberorum admittit: hinc descendentium ordini, duo quippe vincula fortius ligant, non immeritò primus adscribitur locus.

8. Liberos autem vel natura facit, vel lex. Quos natura facit, vel sunt naturales & legitimi, vel naturales tantum, vel spurii, vel incoestuiosi, vel nefarii & adulterini. Sed conditionis diversitas ut diversimodè succedant efficit.



9. Legitimi & naturales, nullâ existente amplius differentiâ, masculine sint an fœminæ, à prole masculorum sive fœminarum descendant, sub potestate sint constituti, sive suæ potestatis, æqualiter succedunt.

10. Modus tamen successionis circa hos variat: qui enim primi sunt gradus, si reperiantur soli in capita; si posteriores cum his concurrant in stirpes vocantur. Et hoc jure repræsentationis.

11. Controvertunt hîc Doctores, quousq; in linea descendentis jus repræsentationis extendatur: num ad pronepotes, tertium scilicet gradum tantum, an verò in infinitum? Hoc affirm.

12. Legitimati quomodo succedant videndum. Hîc sciendum est triplicem fuisse legitimationis modum: per oblationem curiæ, per subsequens matrimonium, & Principis rescriptum: quorum primus in usu esse desit.

13. Per subsequens matrimonium legitimati, ut in patris potestatem transeunt, & nihil à justis legitimisque liberis differunt, ita cum illis ad successionem patris per omnia æqualiter vocantur.

14. Hinc jus nostrum liberorum faciens mentionem ad legitimatos hujusmodi pertinet, & iis quoq; accommodandum est.

15. Non tamen eò extenditur legitimatio hæc, ut fratri ex legitimo matrimonio nato jure primogenituræ legitimatus præferatur.

16. Oritur hîc quæstio, an admitti possint in tribus & collegia, quorum statuta volunt, ut liberi justè & legitimè nati, *Echt und recht geboren* / saltem recipiantur? Neg.

17. Per rescriptum Principis legitimati cum naturalibus & legitimis concurrere nequeunt, sed his deficientibus, ut demum legitimantur, ita parentibus tunc ut legitimi succedunt.

18. Unde patet, statutum excludens fœminas exstantibus masculis locum non habere in hujusmodi legitimatis.

19. De Pontificis legitimato hîc suboritur quæstio, an in terris imperii ut legitimus succedat? Jus legitimandi quemadmodum



admodum Pontifici denegamus; ita ejus legitimatum ( de facto quippe legitimat ) in terris imperii à successione arcemus.

20. Ex concubinato nati, sive naturales, legitimâ sobole vel conjuge non existantibus, duas paternæ substantiæ uncias nanciscuntur cum matre partiendas, ita ut mater unius filii portionem accipiat: legitimâ verò sobole vel conjuge existentibus nihil eis præter alimenta relinquitur.

21. In avi paterni, vel alterius ab ejus linea ascendentis successione nihil juris habent naturales: in matris verò, vel aliorum à maternâ lineâ ascendentium unâ cum justis liberis ad partes vocantur viriles.

22. Ut autem quis sit naturalis requiritur: 1. Ut cum illa muliere adulterium vel stuprum committi non possit. 2. Ut sit indubitatus & concubinæ in domo affectus. 3. Ut unicam tantum nec multitudinem mulierum fornicantium habeat.

23. Incidenter hîc quæritur, an jure Justiniano sublatus sit concubinatus? Negamus, in tantum, ut castè, pudicè Imperator vivere dicat eos, qui in concubinato unâ cum concubinâ vivunt.

24. Spurii, sive vulgò quæsi, cum patrem habere non præsumantur, vel talem habeant quem habere non licet, ad ejus hereditatem adspirare nequeunt: matris verò hereditatem, nisi sit persona illustris, legitimos habens filios, sive soli sint sive alii simul existent, rectè capeffunt.

25. Ex complexibus nefariis, incestuosis, aut damnatis nati liberi quomodo succedant supervacuum est disquirere, cum nec naturales dici digni sint, nec alimenta iis à parentibus debeantur.

26. Sufficiat de his quos natura liberos efficit, quos lex facit, vel sunt adoptivi, in specie sic dicti, vel arrogati.

27. Adoptivi, sive sint soli, sive cum naturalibus & legitimis concurrant, æquo jure ad successionem ab intestato patris adoptantis vocantur.

28. Sed quamvis jus sui heredis in patris adoptivi extranei bonis, si intestatus decesserit, consequantur, adeò ut as-



scendentes patris adoptivi excludant, non tamen ad ejus familiam legitima successionis jura habent, sed quasi extranei ad eam inveniuntur.

29. Prædicta verò non absolutè intellecta volumus, sed ita, si adoptatus manserit in adoptione: sin autem dissoluta fuerint jura adoptionis, puta emancipatione, vel alio quovis solvendæ patriæ potestatis modo, nullus erit regressus ad adoptivum extraneum patrem, & idem est, ac si non fuisset ab initio in adoptionem translatus.

30. Si ab aliquo ascendentium fiat adoptio, ob naturale & civile concurrens vinculum, in adoptantis familiam transit adoptatus: nec patris naturalis successionem molestare ei conceditur, nisi avus vel proavus eum emancipaverint.

31. Arrogatus omnia jura patris adoptivi habet intacta, fit suus heres arrogatori, & familiæ ejus aggregatur: à quo si emancipetur, quartam bonorum partem ipsi relinquere cogitur.

32. Feudali quoque jure liberorum, dummodò naturales & legitimi sint, primam esse causam dubio caret: Et pari quidem modo, si primi gradus sint æqualiter in capita, si ulterioris jure repræsentationis in stirpes succedunt.

33. Et hæc eatenus vera sunt, si feuda sint minora: si verò majora, ut Ducatus, Marchia, Comitatus, non æqualiter fit successio, sed primogenitus solus admittitur.

34. Duæ hîc illustres nobis examinandæ veniunt quæstiones: 1. Duos habet Rex filios, quorum alter ante adeptum à patre regnum, alter postea natus est, uter horum præferatur? Pro illo pronunciamus, nisi expressim constitutionibus sanciatum, primogenitum Regi in dignitate constituto natum succedere debere.

35. 2. Avus ex filio primogenito nepotem, secundogenitum adhuc superstitem habet filium, hic an ille avo mortuo jus successionis acquirat? Hunc à successione arceamus.

36. Mutus,



36. Mutus, surdus, cœcus, claudus, vel aliàs imperfectus natus feudi successionem non retinent. His etiam annumeratur clericus, nisi à domino sciente ipsum clericum de novo investiat.

37. Non prætereunda nobis in feudali materia versantibus, diu multumq; ab interpretibus agitata quæstio: An filius allodii hereditate onerosâ repudiatâ feudum retinere possit? Non distinguentes inter feudum hereditarium, & id, quod genearchicum, sive ex pacto & providentia vocant, ipsum aut utrumq; repudiare, aut acceptare debere, putamus.

38. Filia quamvis ut masculi parentibus æqualiter succedunt; legibus tamen à feudi successione remonentur: nec tantum hæ, sed & earum filii, nisi specialiter dictum sit, ut ad eas feudum pertineat.

39. Quod usque adeò verum est, ut ne tunc quidem, quando feudum pro se & heredibus **QVIBUSCUNQUE** concessum est, admittantur.

40. Feudum respectu militiæ dari non est negandum. Hinc Fendistæ non conveniunt, quid de fœminis bellicosis, quales fuere Amazones & aliæ, sit statuendum, an ad feudi successionem hæ admitti debeant? Negantibus assentimur.

41. Non minori in discrepantia reperiuntur, hanc moventes quæstionem: An in feudo empto fœminæ succedant? Neg.

42. Si verò fœminas in feudo succedere specialiter dictum sit, vel loci ferat consuetudo, vel feudum sit fœmineum, eas succedere dubitandum non est: quæ si semel ob masculi existentiam sint exclusæ, semper & perpetuò exclusæ manent, ita ut ad dominum potius, non amplius existentibus masculis, feudum revertatur, quàm ad filiam acquirentis.

43. Quid legitimi liberi in feudo juris habeant hîc discutiendum? Vulgaris, & apud Practicos recepta est opinio, per subsequens matrimonium legitimos in feudis æque ac in allodiis cû justis & legitimis liberis succedere; non verò legitimi-



legitimos per rescriptum Principis. Nos juris feudalis textu claro suffulti, nec hos, nec illos, sive soli sint, sive cum aliis concurrant, ad feudi successionem admittimus.

44. Hinc facile apparet, quid de cæteris dicendum sit liberis, quales sunt adoptivi, spurii &c. hos scilicet hanc ad successionem minimè admittendos esse.

45. Omnis successio debet esse vicissitudinaria. Post Deum ad parentes etiam ortus nostri causam referendam esse nemo est qui ignorat: quibus secundum præceptum divinum, & reverentiâ & obedientiâ sumus obstricti, si modò dignas persolvere grates opis sit nostræ. Hinc parentibus secundus successionis locus summo jure tribuitur.

46. Parentum appellatio omnes in infinitum comprehendit. Non igitur usque ad tritavum solum, secundum quorundam opinionem, sed in infinitum ad successionem liberorum vocabuntur: repræsentationis tamen jure cessante.

47. Liberos varii & diversi esse generis supra dictum est. Ut ergò, Logicorum hîc observatâ regulâ, correlativorum eadem sit natura, consequitur varii etiam generis esse parentes.

48. Naturales & legitimi omnibus ex latere cognatis (exceptis solis fratribus fratrumq; filiis utrinque defuncto conjunctis) præponuntur, regulis duabus, *pari gradu pariter admittuntur, & proximior gradu remotiorem excludit*, sibi locum vindicantibus.

49. Sed num æqualiter, gradu pari, paterni & materni gradus parentes succedent in omnia defuncti bona, an divisio bonorum erit, ut ad maternos materna, ad paternos paterna redeant bona? Illud affirm.

50. Filii fratrum cum ascendentibus & patruis si concurrant, successio fit in stirpes: sed num idem erit dicendum, si non existentibus patruis cum solis ascendentibus vocentur? Affirm.

51. Quousque hîc extendatur repræsentatio, num ad fratrum tantum filios, an etiam ad nepotes & pronepotes? vel quod idem: an cum ascendentibus & patruis fratrum tantum filii,



fili, an & ulteriores vocentur, non omnibus eadem est sententia? Prius affirm.

52. Legitimi liberis parentes naturales peræque ut legitimi & naturales simul succedunt. Hoc tamen in legitimi per oblationem curiæ singulare est, solos parentes, non agnatos & cognatos ipsis succedere.

53. Pater naturalis ( ut de filio naturali in parentum successione supra dictum est ) in duas uncias: mater autem, vel ex maternâ lineâ ascendentes in solidum ad liberorum naturalium successione admittuntur.

54. Mater spurii vel ascendentes ex lineâ maternâ, ut admittuntur; ita pater vel ascendentes ex lineâ paternâ ab omni hereditatis commodo excluduntur & semoventur.

55. Filii adoptivi, pater adoptans, successione non lucratur, nisi fortè adoptio facta sit ab aliquo ascendentium: tunc enim obtinet regula, quod vicissitudinaria sit successio.

56. In bonis filii arrogati idem jus habet arrogator, quod parentes legitimi & naturales.

57. In feudo parentum nulla est successio, nisi in filiorum favorem pater feudo renunciaverit, & filii postea, patre superstite, sine liberis moriantur. Sed nec hoc casu simpliciter ad patrem redibit; sed tùm demum, si nominatim cum domino pactus fuerit: aliàs dominus beneficium adquiret.

58. Tertius succedit ordo, Transversalium scilicet, sive collateralium: de quo Imperator ita: Si defunctus neque descendentes neque ascendentes reliquerit, primos ad hereditatem vocamus fratres & sorores ex eodem patre, & eadem matre natos: fratris item vel sororis præmortui filios.

59. Hi si cum patruis concurrant, in stirpes eos succedere indubium est. Si v. soli existant, quid dicendum sit Doctores non conveniunt? Illis qui in capita eos vocant, calculum adjicimus.

60. Non existentibus ex utroque laterere conjunctis fratribus vel sororibus, ex uno parente defuncto conjuncti vocantur, nullâ adhibitâ differentiâ, an per patrem solum an per matrem sint conjuncti.

61. Transversales solo naturali vinculo ex patre ( secus  
B est



est, si conjunctio à matre dependeat ) se invicem contingentes, nullo inter se successionis jure fruuntur.

62. His consecrarium est, nec spurios, nec incoestuosos, vel alio abominabili complexu natos sibi invicem succedere.

63. Fratrum adoptivorum nulla est successio, si scilicet adoptio facta sit ab extraneo; si verò ab aliquo ascendentium benè sibi invicem succedunt.

64. In feudo paterno frater fratri succedit; non verò innoviter adquisito, nisi nominatim hoc in investitura pactum fuerit: Ubi notandum, fratrem utrinque conjunctum consanguineum nullatenus excludere, sed pari jure frui.



## Corollaria.

### I.

*Matris & avi materni præterito nullum non facit testamentum, sed tantùm operatur, quantum exhereditatio patris: etiam de jure novissimo.*

### II.

*An Princeps dispensare poterit, ut impubes testetur? Disting.*

### III.

*An Princeps damna subditis per bellum illata remittere poterit? Affirm. Si pax aliter haberi nequit.*

### IV. An



IV.

*An Advocato bonam causam falsis tueri rationibus  
licebit? Neg.*

V.

*Vasallus decedens plures reliquit filios, num omnes  
juramentum fidelitatis prestare debent? Aff.  
Sive pro diviso sive indiviso feudum possideant.*

VI.

*Vsusfructus feudi, de quo filiusfamiliâs investitus  
est, num ad patrem, an ad filiumfamilias per-  
tinebit? Hoc affirm.*

VII.

*Lite semel institutâ interruptâ, & longo post tem-  
pore revocatâ, num fructus debentur à tempore,  
quo cum possessore lis primùm fuit contestata, an  
verò ex eo tempore, quo lis redintegrata fuit?  
Prius affirm.*

VIII.

*An cadaver mortui debitoris ad petitionem credi-  
toris arresto subjici, & ut pignus detineri po-  
test, donec æs alienum solvatur? Neg.*

IX. Re



IX.

*Re emphyteuticâ ad dominum morte ipsius emphy-  
teutæ & liberorum reversâ, dominus liberam  
habet dispositionem, ut vel pro se retinere, vel  
alio cuivis eam concedere possit, nec proximio-  
ri agnato dare tenetur.*

F I N I S.





Quaestiones specialiter in hoc volumine  
eventilatae.

**A**estimatio rei ex qualitate & tractu pariter dicitur, et post mortem remissa a  
quo tempore p[ro]p[ri]et[ar]i. disp. 3. th. 1.  
Actio ex stipulatione in p[ro]p[ri]etate temporis adiectionem fiat arbitraria. disp. 3.  
th. 9.

Arbitraria an iure civili licita. disp. 32. coroll. 2.

Actio rerum amotarum contra heredes in solidum d[icitur]. disp. 42. coroll. 3.

Consensus Parentum an iure Canonico ad liberorum matrimonia  
sit necessarij. disp. 2. th. 1.

Confessione rei propria, et homicidia se commissore p[ro]p[ri]etate iudicium facta an  
sit iudicium criminis ubi ad forturam sufficiens. disp. 2. th. 1.

Civitates liberae imp[er]ij an iura Superioritatis sibi iure vendicent.  
disp. 2. coroll. 2. disp. 20. coroll. 1.

An habeant sessionem et votum in Comitibus. disp. 20. coroll. 2.

Creditum in refectionem navis, vel alterius rei gra[ti]a, an in g[en]eris  
creditorum in navi, vel alia re habeat tacitam hypothecam cum  
privilegio, an tunc singulare privilegium p[ro]t[er]at. disp. 34. cor. 1.

D[icitur] an possint eandem rem in solidum possidere. disp. 3. f. 6.

**E**lectores an a iure imp[er]atore, novum Romanorum Regem  
eligere possint. disp. 3. th. 12.

Fur si raptus laqueis et patibulis interram in volumis cadat, an ite  
rum suspendat[ur]. disp. 2. th. 12.

Forsq[ue] necum manifeste impijs & trahebunt. disp. 2. th. 15.



Si legitemam hinc an q. l. Falcidia, vel sc. Trebelliano quarta  
adhibere possit. disp. 3. th. 5.

Gradus an edum ius civile, an v. Canonium computandi. 6.  
disp. 32. coroll. a.

Heres si a rem alienam in Patris hereditate inventam  
titulo pro herede usurpare possit. disp. 3. th. 2. disp. 34. coroll.  
Hispanorum in Indis Impium an ius tum sit. disp. 31. coroll.

Judex an rem criminis absq. probabilitate et visibilibus indicijs  
suspecti criminis ad torturam abire possit. disp. 3. th. 5.

Judex aliquem criminis rem prehendi et in carcerem gaudium  
bens, qua actuali gremiendy disp. 2. th. 6.

Jus au rescendi an in omni conjunctione p. bali, reali, et am. p. a.  
locu heat. disp. 3. th. 4.

Interdictum retinendo possessionis an cum petitione cumulari  
possit. disp. 3. th. 1.

Judicia sicuti sunt, an sunt bona fidi, opposita doli mali  
exceptione. disp. 3. th. 8.

Jurisdiclio nun in dubio quoad gratiam communicat, an v.  
privatim gressa. disp. 3. th. 11.

Imperator an ante coronationem a bonis Impij feudum alicui gressu  
possit. disp. 3. th. 13.



Lamiae an cernis quaedam p. vasa inuentis, scopis et baculis  
insidantes, p. angustum foramen quilibet, et sic loco ad locum  
p. multa milliana transferant. disp. 2. th. 11.

l. inter causas. 26. §. sed cum se req. 7. et l. si mandatum.

45. §. quod mihi debebas. ff. mandati. l. et et explicatio.  
disp. 42. coroll. 2.

M.  
Matrimonium an sit gratis. disp. 2. th. 2.

Magistratus an veniat cives suos quotannis separatim pro  
gare, num. quendam dicitur admisisse sciunt. disp. 2.  
th. 3.

§. si quempiam certum crimen admisisse cognovit, an nullo  
existente accusatore gratiam specialem inquisitionem  
adornare possit. disp. 2. th. 4.

X.  
Nocella q. ad ad correos debendi simplicitate, acceptos p.  
lineas. disp. 42. coroll. 2.

P.  
Princeps Imperij an eandem deant potestatem in territorio suo,  
quam Imperator habet in toto Romano Imperio. disp. 7. coroll. 1.  
Pontifex Romanus an deat potestatem dandi feudum absolute  
legitimum. disp. 22. coroll. 5.

Q.  
Repressatus an in re iuris hereditatis. disp. 3. th. 10.



5.  
Studiosus qd in casis criminalibus sit competens sit. disp. 6. Par.  
Sanguis largiter ex cadavere occisi, in presentia eius qd homicidio suspectus est, promanans, an sit sufficiens ad torturam  
signum. disp. 2. th. 9.

Sanguis indicium probabile an sit, si femina et magis suspecta  
in frigidam aquam immersa o submersa, sed in superficie  
quae arseis vel anabis more superaret. disp. 2. th. 10.

Salvus in feudali fundo repositum ptineant ad feudum  
domi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. th. 13.

Harmum nomine an fisco commodum foris Regalis postandum.  
th. 24.

Suntqz filium studiorum casu facti an in distributione patrimonii  
hereditatis in collationem veniant. disp. 16. Coroll. 2.

Studiosorum privilegia an omnes gaudeant | qd Magnifico Decano  
nomina sua et professi. disp. 22. Parergo.

Sevantes an longo tempore prescribant. disp. 39. Coroll. 2.

Tessis vniqz dictum an pbeat sufficiens ad torturam indicium.  
disp. 2. th. 8.

Testamentum in quantum ptestatione liberarum annullat. disp. 3. th. 3.

Transactio an et Parricidio fieri possit. disp. 42. Coroll. 4.





venio metallico in fundo feudali recte, num ptineant  
ad totum feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 243.  
Ita vnum nomine an socio commodum Junis Regalis p. 14.  
v. f. m. s. n. an iq Junis ex parte o. c. t. r. e. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p. 39. coroll. 4.

---

01 A 6525


ULB Halle 3  
002 935 813  


R


1008











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

es Juridicæ 27

SSIONE

MA CIVILI

UDALI,

VAS

IRANTE NUMINE

gnifico, Amplissimo

o. Jctorum ordine,

ESIDE

no & Consultissimo

ARUMÆO J. U. D.

& Dicasterii Provincialis

o, Præceptore suo obnixè  
onorando.

torio Jctorum

cè examinandas proponit

NTHERUS NEUHAUS,  
BURGENSIS.

ENÆ

NIS BEITHMANNI,

DC. XVII.

